

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Exemplum y  
cum uariis

Seminauit in terra nostra tota trinitas: Pater scilicet de celo panem, Filius ueritatem, Spiritus Sanctus caritatem. Seminauerunt angeli quando aliis cadentibus ipsi steterunt, apostoli quando ipsi Domino adheserunt. Martires uero manifestum est fortitudinem seminasse; porro confessores seminauerunt iusticiam quam in omni uita sua secuti sunt. Virgines sancte planum est quia temperanciam seminauerunt que sic libidinem calcauerunt.

Bernardus super Cantica.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

filius] filium v<sup>2</sup>; fortitudinem] fortitudine P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup>; seminasse *om.* (*cor. in marg.*) B; in omni uita sua secuti sunt] habuerunt in omni vita sua P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; temperanciam] temperantia P V<sup>1</sup>; Bernardus super Cantica *om.* P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup>, ibidem L<sup>2</sup>